

excommunicationis pena, quam ipso facto / te incurrere volumus si presentis mandati contemptor vel neglec/tor extiteris, tibi districte precipiendo mandamus quatenus in / castro M. et P. et ipsorum castro-
rum ecclesiis, publice populis / coadunatis⁵⁶⁾, prefatos po(testatem), vicarium, iudicem veterosque offi/ciales comunis Cascie⁵⁶⁾ excommuni-
catos fore, pulsatis / campanis et candelis extinctis, ac terram et universi-
tatem ipsam fore / [subiecte] ecclesiastico interdicto diebus dominicis et
festivis sollempni/ter denuntiare et notificare procures, quousque idem
vicarius, officiales ac comune predicti reddeuntes ad / [...] Ecclesie
paruerint et absolutionis beneficium meruerint / obtinere. Si vero, quod
non credimus, te in premissis reddideris / negligentem, preter excommuni-
cationis sententiam, quam ex nunc in te / ferimus in hiis scriptis, prout
ex tunc, alias contra te, / prout iustum fuerit et tua suaserit inobedientia,
procedemus; / volumus etiam quod de tua denuntiatione, quam facies,
nobis / per instrumentum publicum vel litteras tuo sigillo munitas /
facias plenam fidem. /

93.

*Vorladung in einem Berufungsverfahren gegen ein Urteil des L., Vikars des
Bischofs von Anagni, der die Einrede der Exkommunikation des Empfängers
nicht für erwiesen gehalten hatte.*

Hs. fol. 17^r.

Cum pro parte .. a quadam pronuntiatione facta ad sui petitionem /
per dominum L., vicarium venerabilis patris domini .. episcopi Ana/
gnini⁵⁷⁾, in eo quod pronuntiavit quandam exceptionem excommunica-
tionis, / contra te per ipsum L. oppositam, non fore probatam, fuerit
[.] / appellatum, et causam appellationis huiusmodi intendat prosequi /
coram nobis, tenore presentium te requirimus et citamus, quatenus III /
die non feriata post harum presentationem compareas legitime / et
peremptorie coram nobis in causa appellationis huiusmodi quantum
de / iure fuerit processurum. //

a) in der Hs. nur zu entziffern cond...atis.

⁵⁶⁾ Cascia (Prov. Perugia).

⁵⁷⁾ Da es sich wahrscheinlich um diesselbe Angelegenheit handelt wie in Brief Nr. 94,
wird entweder Anagnini oder Alatrini nicht richtig sein.